UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Mendacium

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

Visual Library

buſdam nobiliſſimis viduis Nuncium Apoſtolicum denegaſſe licentiam contrahendi in Quadrageſima. Aduerte autem hic primò cum Henriquez apud Filliuccium *to. 3. tr. 10. part. 2. cap. 4. num.* 168. benedictionem ſecundarum nuptiarum, vbi fieri conſueuit cum viduis, quorum alter benedictionem non ſuſcepit in primis omitti poſſe ſine mortali; quia talis conſuetudo non eſt inducta cum tanto rigore. Imò Sotus *in 4. diſt.* 28. *quæſt. 1. art. 2.* probabiliter docuit, omittere benedictionem in primis nuptiis, ſecluſo contemptu & ſcandalo, non eſſe mortale, quia eſt omiſſio tantum cuiuſdam Sacramentalis non tanti momenti *part. 3. tractat. 4. reſolutione* 65. Aduerte ſecundò, Pontium *lib. 6. cap. 8. nu.* 10. exiſtimare, quòd ſit peccatum mortale, traducere ſolemniter ſponſam in domum ſponſi, & conuiuia facere in his temporibus: Sed Sanchez *tom. 2. lib. 7. diſputat. 7. num.* 18. probabiliter docuit, non eſſe peccatum, vel, ſi ſit aliquis exceſſus, eſſe tantum veniale; nam id obtinuit vſus, conuiuentibus Prælatis *part. 3. tract. 4. reſol.* 202. *in fine, &* 206.

43 Aduerte, quò raptus, conſentiente puella, parentibus inuitis non dirimit matrimonium. Cornejo, & alij. *part.* 10 *tractat. 16. reſolutione* 84.

Vide *verb. Raptus.*

MEDICVS.

Medicus inſuadeda infirmo Confeſſione.

1 MEdicus non poteſt infirmos viſitare vltra tertium diem, ſi de illorum Confeſſione fidem non habeat à Confeſſario ſubſcriptam. Vide *verb. Confeſſionis, numero* 15.

In applicãdo medicamenta.

2 Medicus non poteſt omittere medicamentum certum, & applicare infirmo dubium. Vide *verb. Opinio, n.* 5.

In vitanda occaſione peccandi cauſa curationis.

3 Chirurgus expertus ſe, dum medetur pudendis fœminarum, in pollutionem conſentire, non poteſt ſe tali periculo, ſine peccato, committere. Vide *verb. Periculũ, n.* 1. ſi verò abeſt periculũ cõſenſus, poteſt mederi. Vide *verb. Pollucio. n.* 3.

Et in dãda licẽtia carniũ diebus prohibitis.

4 Medicus, qui abſque cauſa legitima concederet licentiam edendi carnes in vigilia contingente in die Veneris, an debeat in Confeſſione explicare hanc circumſtantiam, vide *verb. Circumſtantia, num.* 84.

MENDACIVM.

Mendaciũ quid. Quotuplex.

1 † MEndacium dicitur, verbũ falſum cũ intentione fallendi, eſt triplex pernicioſum, officioſum, iocoſum. Primum eſt, quod vergit in alterius detrimentum; ſecundum, quod potius in vtilitatem; tertium quod nec detrimentum reſpicit, nec vtilitatẽ. Omne mendacium eſt peccatum, & ſi accedit iuramentum, eſt periurium, de quo vide *verb. Iuramentum.* Quamuis enim, vt ibi diximus, liceat aliquando æquiuocè reſpondere, at numquam licet mentiri. Circa obligationem rei & teſtium, dum interrogantur à iudice, de non mentiendo. Vide *verb. Reus, & verb. Teſtes.* †

An omne admittat paruitatẽ materiæ.

2 In mendacio commiſſo in confeſſione aut iudicio, Caietanus *in 2. 2. quæſt.* 69. *art.* 1. non admitti paruitatem materiæ; quia, cum ſit contra veritatem iudicij, in quantumuis parua materia erit mortale, ſicut diximus de iuramento Sed ego contrarium teneo cum Reginaldo *tom. 2. lib. 24. cap. 1. ſect. 4. n. 44.* ſiue legis materia mendacij ſit præcipua, de qua iudicatur, ſiue circumſtantia; dummodo non vitiet abſolutionem; vt diximus *verb. Confeſſionis, num.* 35. & non accedat iuramentum; quia alias gratis dicitur, in materia iudicij non poſſe eſſe leuitatem materiæ *part. 5. tract. 5. reſol.* 27. Et aliqui dicunt, non eſſe mortale narrare hiſtoriam aliquam Sacram cum leui aliqua mutatione *part. 10. tract. 16. reſolutione* 37.

Et liceat aliquando reſpondere mentiris?

3 An obiicienti falſum, vel occultum crimen liceat reſpondere, mentiris? vide *verb. Compenſare, num.* 4.